



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Mauritii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe  
Condita Ad Reductam**

**Gudenus, Johann Moritz von  
Erfurti, 1675**

De Reverendissimis Legatis S. Sedis Moguntinae D. Carolo Henrico De  
Metternich. Summae Eccl. Metrp. Custode D. Anselmo Friderico Ab  
Ingelheim, D. Christophoro Rvdolpho A Stadion, ejusdem Canonicis ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

Et vives, inquit, mea sola ac unica cura,  
Nec teget urna eadem Te cineresq; meos.  
Quin, cui dote omni par est Lotharii heres,  
Vivere, nec rebus credar abesse tuis.

*Ad iundem.*

**I**mplevit mentis magnus quot regna PHILIPPUS!  
Dona dedit civi qualia quanta suo!  
Attamen egregiis, me Judice, vincit in actis,  
Heredem elegit Te sibi quod similem.  
Pars laudis, FRIDERICE, tuꝝ placuisse PHILIPPO:  
(Namque illi, cunctis est placuisse bonis)  
Vos colit hinc præsens, veniens mirabitur ætas:  
Tu famam æternas illius, ille tuam.

*De Reverendissimis Legatis S. Sedis Moguntinæ D. CAROLO HENRICO DE METTERNICH. Summae Eccl. Metrop. Custo-  
de D. ANSELMO FRIDERICO AB INGELHEIM,  
D. CHRISTOPHORO RUDOLPHO A STADION,  
eiusdem Canonicis Capitularibus &c. de quibus Author. Histor.*

*Erfordiensis pag. 354.*

**D**um renovat Matri juratum Erfordia fœdus,  
Et populi immenſo fluctuat unda foro.  
Haud ego detineor præstantis imagine pompa,  
Est aliquid plusquam pompa, quod hic teneat.  
Magna Trias, meritas quondam latura Tiaras,  
Unde sibi certam Patria spondet opem,  
Siderei vultus atque hospite Numine pleni,  
Cernere nescio quo vos juvat usque modo.  
Nil dignum vobis, hoc solum dicere possum:  
Aurea dum se se contigit ista Trias,  
Tunc TRINUM, aut nunquā, PERFECTUM Erfordia vidit,  
Vincitur in quo animi nobilitate genus.  
*Ad Eminentissimum Archipræsulem LOTHARIUM FREDERICVM.*

**Q**ualis odorato volucris phœbëia busto  
Prodit, quæ vehitur lux nova solis equis,

† † 4

Longæ